

109

ORATIO
AD PARENTES
IN CONCILIO TRIDENTINO
HABITA A D. PETRO A SERRIS CA
NONICO CÆSARAVGVSTANO,
IN DIE SANCTO
PENTECOSTES.



ROMAE
IN PLATEA PARIONIS.
DIE XV. IULII.



OUTLINE
OF THE
GEOGRAPHICAL
POSITION OF
SOUTH AMERICA

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

WITH A MAP OF SOUTH AMERICA

AND A LIST OF REFERENCES

BY J. R. GREEN

ORATIO IN CONCILIO TRIDENTINO AD PARENTES, HABITA A D. PETRO a Serris Canonico Caſaraugustano, in Pentecostes feſto die.

TANTA eſt iniunctio mihi prouincia grauitas & magnitudo, tantaq; pertrahē
etlande rei ineffabilitas, Sacro ſancto vniuersali Eccleſie ſolidi ſimi columnae
Paiſtores vigilantissimi, dignissimeq; Orator, ut omnia dicendi copiam, omnem
ingenij uertatem, omnemq; orationis genus excedant. Perq; libenter itaq; hanc
orandi ardiam atq; difficilem prouinciam balbus egoq; hebes detrefloſſim, niſi
fuiffet mihi & religioni & veftræ iuſſioni morem gerendi incredibilis affellus. Verum quia infans
tiffimo de re ineffabili diſturo, geminum imminet periculum, Spirituſanctus quibulcoſ, reliquosq;
paſtores non eſt dignatus erudire, mihi inuocandus eſt; Quo duce allucinari non potero de rebus
quamlibet abſtrusis edifferentis; Tu igitur ſpiritus alme, qui pie inuocantibus nunq; dees, mihi addeſſe
velis; Mihi in qua mortalium adid munus exequendum indigniſſimo; Te inuoco, tuum imploro ſuffra-
gium, quia ſuffragatus a te, & eruditus per te, preſumam magna, aggrediar ardua; Ad te ex omnibus
medullis cordis cunctam iniunctionem dirigo, ut voce pariter & affellu clamare cogar & dicere.
Veni ſancte ſpiritus, repli tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende; Veni dator
munerum, ut per timoris donum inſtruas nos diuina mandata perficere; per pietatem, diligere proxio-
num, illiusq; indigentia ſubuenire; per ſcientiam, ſacras literas ab ipſo errore intelligere; per fortit-
udem, qua ipſo aduersa cœquanimiter tollerare; per coſilium, diſcernere dubia, alijsq; reſtitutioſis collam
ſalubriter innoſcere; per intellectum, ſpiritualia diuidicare, & mores animi euidenter in ſpicere; per
ſapientiam, claritate flammescere, atq; celeſtia delefabiliter gulfare. Veni lumen cordium illabe-
re & lux beatissima ad mentem te ſupplicitir flagitantis, ut ſi in me exultans ſpiritus, mens illuminata,
affelio ſancta, recta intentio, cogitatio pia, ignitum cor, caſtificatus ſenſus, proferendaq; elo-
quia prudentiae, ſale condita. Si nobis ſalus noſtracura eſt Patres, ſi tenet nos deſiderium agnoscen-
ſeſ de ambulanda via ad veram regni celorum felicitatem, omne ſtudium noſtrum in hoc po-
nendum eſt, ut que in die Pentecostes geſta ſunt, penitus per ſpecta planeq; cognita habeamus; Ae-
ſi in qua prebañſis attentas aures, & animos ad cognoscendas res geſtas in Euangelico negoçio, id ma-
xime omnium praeflandum vobis eſt hodie, in cognoscenda admirabilis illa & ſuppenda Spirituſancto
ſtirreuelatione. Et ne operam luſiſſe videamur, hoc certo & ſtatuto tempore de Spirituſancto doctri-
nam certam nos proponere oportet, quo videlicet modo venerit, quid offici habeat, & quid nobis fa-
flo opus ſit, ut eum ſpiritu nos quoq; conſequamur. Ac prium omnium non hoc imaginandum
eſt, quia ante Spirituſanctus in Eccleſia non fuerit, quia a eternis & omnipotens Deus eſt, Eccleſiam
ſuam nouis ſemper chariſmatibus viſitans & fecundans. Et quidem priusq; Dei filius in huic mu-
ndu veniſſet, diuerſarum diſtributione gratiarum antiquis patribus datus eſt; non autem manifeſta-
datione in remiſſionem peccatorum, quia nondum pontifex noſter Ieſus Christus ſe pro nobis ſacrifi-
ciū obulerat dicens Iohanne; Nondum erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum era glorificatus.
Quum decidiffet prorsus humana natura per primi hominis preuariſcationem in maximam Dei &
fui ignoraniam, ea que carnis ſunt, & eius percipiuntur ex ſenſibus, ſolummodo ſapere videbam

etur, ne non relisko creatore totā se in creaturam profuderat voluptate; Proinde ne semper homo erraret ut cœcūs, ne perniciose se excusaret ut infimus et insensibilis, et ne semper a Deo esset alienus et mortuus, quando tempore plenitudo venit, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut verbum sempiternum caro factum, habitaret in nobis, nostrarumque esset particeps misericordiarum, quatenus disceret experientia referante obedientiam, ac nostri abundantius compateretur calamitatis tuorumque; errante per abrupta viciorum reuocaret in viam ignorantem veritatis irradiaret splendore, et in delictis mortuum resuscitaret ad vitam; Omnem etenim sollicitudinem suam, omnem laborem, conlatumque studium suum quandiu ipse Dei et hominum mediator cum hominibus cōuersatus est, pro salute exhibuit animarū; Hoc utique lucrum suum, hor gaudium suum, fore testatus est, ut nonaginta nonas orabui relictis in deserto, unam solam errantem quereret, qua reperta, cōrūcūtatis amicis et viciniis, uniuersis videlicet spiritibus angelicis, illos in sua ad celos gloriofissima ascensione ad latitudinem secum inuocaret, inquiens; Congratulamini mihi, quia inueni ouem quam perdideras; Et non satis visum est clementia domini Dei nostri filii suum ad homines mittere, quos docendo ab erroribus reuocaret, moriendo redimeret, resurgendo releuaret, ascendendo confortaret, et quo illū secuturi essentur ostenderet. Verū spiritum sanctum sibi coeternum et consubstantiale super homines in die Pentecostes mittente voluit, qui in linguis igneis se illis ostenderet, et virtutē daret, unde doctrinam filij fidei suscepit et tenere sine dubio, docere sine formidatre, operari sine fatigacione sufficerent. At spiritus sanctus hoc tantū suum opus in die Pentecostes tam absolute et perfecte præstitit, palamque se ita declarauit, ut omnes qui intuerentur sentirent et confiteri cogerentur, spiritum sanctum adesse. Praestantiorē itaque in nouo testamento Pentecostē habemus, per quam vera Dei cognitio constituitur, non cum formidine et horrore, verū cum gaudio et pace; Non enim sonus ille spiritus vehemens, neque ignea lingua Apostolis terrorē ingessere, sed amorem, sed securitatem, sed pacem; Apostolicā quippe prædicationis potentiam, miraculorumque, resurrectiones sonus ille significabat, quibus cōmouenda erant terrena corda, et superbiorū montium deicienda cacuminā; Honorifica prorsus sis multa et utilia spiritus sanctus operatus est; Absolutus paucorū, dedit securitatem, rudes et sine literis homines cōpleuit vera sapientia, nulla ante a loquendi arte peritos linguis ornauit, et qui vix patro sermone suos quale fungi cogitatus exprimebant, ab omnī nationum que sub celo sunt gemibus fecit intelligi. Olim veterē daturus legem ignem præmisit Deum in rubo, sed diuinum rubrum portauit non concepit incendium, iam tunc aculeis malicie plenum, et ingratum culturae legis populum præfigurans; At nunc quā in arua gentium destinaret Apostolos, sic eos imbreo igne perfudi, ut possent humella siccare, sicca infundere, decoquere cruda, frigida calefacere, accendere exincta, comburere noxia, et in opere diuerso uno atque eodem igne ad celestem copiam tota percolere deserta terrarum, dicente Prophetam; In omnem terrā exiuit sonus eorum, et in fines orbis terra verba eorum. In lingua proinde et igne spiritus sanctus reuelatur, ne sola confessio fidei credatur sufficere ad salutem, nisi et ignea mandatorū operatio subsequatur. Nam teste Iacoboz Fides sine operibus nedum languardia, otiosa, et inefficax est, verū mortua. Quae vero iuinda est, Paulo attestante; Per dilectionem operatur. In lingua etiā verbum est, et in igne flamma, verbum ad cognitionem pertinet, ignis ad dilectionem. Verbum ergo cum igne venit, quia sapientiam cum dilectione daturus venerat, alterum, ut illuminaret contra ignorantiam, alterum, ut inflammaret contra concupiscentiam. In linguis insuper et igne spiritus sanctus apparuit, ut doceret, ea prædicari hominibus debere, quae spiritus suggesterit diuinus, non que intellectus somniarii humanus; dicente Apostolo; Videte ne quis vos decipiatur per philosophiam, et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementam mundi, et

non secundum Christum. His nēpē linguis palam carere dignoscuntur heretici omnes atq; schismatis
qui Evangelicā doctrinā prava corrumpunt intelligentia, & proprijs loquentes linguis, impia
dissimilam illius veritatem conurbant; O genus hominum miserabilissimum ac perniciōsum, qui sub
prætextū nostrarū corrigendarum improbitatum, infinitam attulere malorum syluam, perq; vniuers
sum terarū orbem suis virulentis linguis pessimos disseminauerunt errore. Ad illos profecto iure di
cere possedit Patres; Ut quid quā Christiani non fit, ius Christianum usurpati literarum quo iure
syluam nostrā cedisse quid in nostra antiqua agitis possessione olim possidemus, habemus origi
nes firmas, & ipsi authoritatibus quorū fidei res; Nos sumus heredes Apostolorū, sicut ceterunt te
stamento suo, sicut fidei cōmisserunt, sicut adiutori auerunt ita tenemus; Vos certe exheredarūt semper
& abdicarunt ut extraneos vt inimicos; Vnde autē extranei & inimici Apostolishæretici, nisi ex di
ueritate doctrine quā unusquisq; suo arbitrio, aduersus Apostolorum successores, aut protulit, aut
recipit; Nolite itaq; mirari super hærese: illas, siue quia sunt, si urem præantiabantur, siue
quia fidem quorundā subvertunt, ad hoc enim sunt, vt fides habendo tentationem, haberet etiā pro
bationem; Verum spiritus sanctus quum spiritus sit veritatis, haudquaq; permettit quod tota à fide
aberret ecclesiæ cuius indubia & certa fides, in promisso fundatur Christi certissimo, quo ait; Ego
rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobis in eternum. Quid autem mansio
illa in Ecclesia, & cū Ecclesia esse potest, nisi in illo spirituali & divino esse perennis conservaticē
nā alias mansio illa sine operatione frustratoria penitus iudicaretur; Pro sentissimus quidē est spon
sa sua Christus Iesus, qui via, veritas, & vita est; Via, ijs qui in Ecclesia graduntur; Veritas, ijs qui
cum ecclesiæ credunt; Vita, omnibus qui ecclesiæ vera sunt membra, siue viuant, siue moriantur; Pr
sentissimus itidē est sponsa sponsi spiritus, quia ubiq; præsens est, diuinitate omnia vegetans, uni
uersa perlustrans, singula dyadicans quantumque spiritus sit veritatis, contra mendacia & hæresim
monstra præsidium confert, atq; sensus veros & fidē veram lingui ignei confirmare non desinit;
quia tamen ineffabilis est virtus eius, ac laus omnis inferior, ne laudantis imperitia ullis fraudetur.
præconijs, ad id quod secundo proposueramus transeundum censuit.

Spiritus sanctus, qui patris & filii amor est & connexio, est etiā omnium membrorum electorum
Christi nexus, & ad ipsum pertinet societas, qua efficiuntur vnu corporis vnici filii Dei, qui illud inhabi
tando viuiscat, virtutū profectibus reformat, & aucta quotidie numerosa credentium sobole, nō sibi
cī renouat incrementis. Quemadmodū enim in humano corpore spiritus est, qui continet & vnit;
etiā si diversa fuerint membra, hunc ad modum spiritus sanctus est, qui viuiscat omnia, vnit & con
iungit omnes, atq; per eum vnu corpus efficiuntur. Tolle à corpore animam, & quid erit corpus? Utq;
cadaver sc̄tidissimum, vas horrendum, & instrumentum inutile; Tolle spiritum sanctum ab homine, &
videbis creaturā deformem, iumentis insipientibus similem; Nam qui spiritus sancto caret, inutilis ad
merendum efficitur, sibip̄ inimicus, Deo auersus, affectione pollutus, cogitatione dissipatus, dissolu
tus in opere, incōpositus in sermone, virtute priuatus, dubietate plenus, fluctuationibus anxius, obte
nebratus corde, & à congregatiōne vere viventiū alienus. Sanè quemadmodū absq; anima non ve
getatur, aut mouetur corpus, corpori q; membra inutili redduntur, & que sine spiritu sancti præsen
tia nullus mortalium in ecclesiæ corpore valet spirituali vita subsistere, nec gratia vegetari, neq; ad
meritiū æternæ remunerationis, proficere. I: es; qui in ecclesia singula regit membra, atq; opportuna
diuidit ministeria, quae quia dona sunt, non debita, non pro posulantiū votis aut arbitrio priū sumen
tiū tribuuntur, sed ex ipius largiflua, placidaq; benignitate, ne quis de se inaniter glorietur, &
supra se elatus quod accepit amittat, ac tanq; membrum putridum & corruptibile in sui perniciem

præcidiatur à corpore. Magnū profecto erat mysterium, & dignissimum omni veneratione spectacū
ham, intueri videlicet in ecclesiæ corpore prima illa mēbra tot in officijs diuersa, tam sedule, tamq;
anxie sibi in iunctū ministrare, tantaq; se diligere charitate. Nihil prorsus in eorum erat conuersatione
incōpositum, nihil reprehensibile, nihilq; inordinatum; Lugebant sicut propria, ita populorū facino
ra; Exhortabantur pigros ad pugnā, & desides ad virtutum studia prouocabant; Colligebāt vagos,
nudos vestiebant, alebant pauperes, & nec statibus egenorū de Ecclesiæ facultatibus velut Chris
tī dispensatores strenui fideliter ministrabāt, atq; saluti animarū flagrantissime incumbebant, flu
dentes Christo reddere, quos diabolus fraudulenter abstulerat. Ceterū spiritus sanctus velut eruditus
fīnus pater familias singulis ecclesiæ mēbris imperit dona, ministeria diuidit, & ne schisma fiat
in corpore quod dā ex membris instituit pastores atq; rectores ad componendum credentium mores,
& dirigendū eorum gressus in disciplinam virtuum; Ipse tamen dominus Iesus per seipsum, ipse in
pastoribus oīum suarū semper principatum gerit. Nonnullos vero spiritus in inferioribus coaptat mi
nisterij, vt ambulent in simplicitate, assistant laborantibus, & maioribus obtēperent. Nam quemad
modum in corporibus mēbra nequaq; à se dissident, sed cuncta corpus vnu ex diuersis sunt composi
ta, nec idem omnium est officium ac usus, ad mutuā necessitatē benevolentiam, neq; oculus graditur,
sed dicit, quē ad modum nec pes cernit, sed vadit, nec lingua excipit voces, id enim ad auditum perti
net; sicut nec auditus loquitur, nam lingue id est officium, nāsus vero odoris est instrumentum, at gutt
tur cibum gustat, manus autem dandi & accipiendi officium peragit, mens vero cunctis hominibus
dux est. Ita & in Ecclesiā, tam ex iis qui regunt, q; ex iis qui reguntur vnu efficitur corpus Christi, di
cēte Apostolos: Vos autē estis corpus Christi, & membra de membro. quorum vnum imperat ac pre
sideret, aliud vero subest & dirigitur, nec amborū idem est officium, sed ambo vnum sunt in vnu Chr̄
istū, ab eodē vinificata & conglutinata spiritu. Qui singula membra fuerit, in tentationibus preſto
est, declarat in dubijs, humiliat in prosperis, protegit in aduersis, nullumq; de spiritu clamante ad se, ac
confidēte de se. Acclamationibus corda nostra adiuuat, quū sit paracletus, vt patienter & vltro os
mnia feramus, & nullo infortunio, neq; rerū difficultate exterrēamur. Charismatibus mentes ditat,
quū sit donu n, vt operosa manu per viam mandatorum ambulare possimus. Eadem quoq; lauat &
rigat, quū fons sit viuus, vt pietate secundi suaves fructus emittamus; Totum insuper hominē puro
get & immutat, quām sit ignis, vt in promouenda gloria domini ardens & invictus perseveret; Di
lectione nos vestit & ornat, quū sit charitas, vt à rerum perturbantium procella abstrahatur anima q;
Christo q; consociatus desiderij sui vinculis stringatur; Compunctionis vnguento cordium duriciem
emollit, quū sit vnlus, vt pūsanib; se & trahentib; vocationibus supernis toto affectu obedire
fesinet; Sua tandem directione devios reducit, quū sit digitus, vt nec propria confidentia tumore dilas
tati precipitemur, nec pusillanimitatis stimulis coartati succumbamus; Vna est natura, opera septē
dicinae, accipiendo illū qui in se diuisus non est, nos ad diuersa mutamur, ac propterea multiplicatur
in nobis, qui in se vnu est, & semper idē. Mutantur creature, sed non ipse operator Deus. Etenim
dum in iustis, in sua persistēti immutabilitate aliquid primū operatur, dicitur venire; Recedit, quām
cessat eadē operari; Mouet, dum consulit; Docet & illustrat, quām intellectum, scientiam, & sapientiā
tribuit; Retinet, quām timorem sanctum immissit; Testimonium perhibet spiritui nostro, quū nos
de aliqua re certos facit; Postulat pro nobis, dum verē orationis spiritū infundit & mouet; Gemit,
& pacē etiam in medio vmbrae mortis tribuit; Trahit, dum ad fidem & dilectionem sue eruditio

ac sapientie efficacia, deducit quem igitur Spiritus sanctus tantas res in nobis efficiat, etiam de hoc est cognoscendum est, que sit via ad hanc dona consequenda, ut eum spiritum accipiamus, per quem sanctificemur et salvemur. Sententia memorata digna est Patres, quod Deus orando a se spiritum sanctum impetrari vult, et ies dat, qui supplicibus precibus illi a patre expetunt. Ad preces vero pro spiritu sancto digne effundendas, unio in nobis non praetermittenda est, que timore pariter et amore apte perficitur. Nam spiritus sanctus, qui nexus est membrorum ecclesiae, iuxta cum diabolo qui divisionis est origo, locum esse non potest. Num enim tanta esset spiritualis fecunditas in corpore ecclesiae, nunquam tanta efflueret gratia a capite, et per spiritum transfundere in membris, si unitas hanc non seruaretur charitatis. Hoc neque est quod Propheta contemplatus ait; Ecce quam bonum, et quam iucundum habita re fratres in vobis, sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Merito rem bona et iucundam assertit fratres habitare in vobis, volens commendare unitatem spiritus in vinculo pacis, per quam virtus spiritualis vobis capitis descendit in barbam corporis congregati in spiritu, et auctoritate vestrum ad orationem vestimenti, insinuans, nullum membra esse corporis vel minimum, aut extremum, quod huius sancte sit vocationis expers. Omni profecto haec unio est commendatione dignissima, quae membra coniuncta corpori, corpus capiti, caput Deo, id numerum peragente mediatore Dei et hominis Christo Iesu, qui ait patrem; Pater volo ut vbi ego sum, et ipsi sint mei, et videant claritatem quam dedisti mihi. Tu pater in me, et ego in illis, ut simus consummati in vobis. Hoc autem vobis non sicut per corpus in corpore, sed per spiritum corpus vegetantem atque regentem. Nam spiritus est qui vivificat membra in corpore, et corpus ornat in membris, nec non membra exercet in corpore ad gloriam vestram, decorum capitis, utilitatemque membrorum in se unitam seruantium donec totum corpus colligatur ad caput. Ceterum congregatio quaeque fidelium, et intentionibus robustius pugnat, atque gloriostius vincit, quod timoris et amoris vinculis artus alligatur. Quemadmodum corpus nervis coheret, currit, viuit, stat, et compactum est, adeo ut si nervos incidens, vniuersam corporis harmoniam disperferet, inde anima velut quibusdam nervis per timorem pariter et amorem sibi constant et compunguntur. Haec sunt duo cordis ales, quibus cor nostrum vnitur, dilatatur, atque contrahitur; dilatatur amore, timore vero contractatur. Iuxta natura corporum nihil est compactius, et unitius corde animantis, quod uelut ex filis inseparabiliter conglomeratum est. Nec illum est animal, quod non habeat unicum cor. Hinc ad unitatem Apostolorum insinuandam, legitur; Quod erat illus cor unus et anima una. Verum quam multi sunt homines qui habent diversa corda, quam multi qui habent diuisa, et distracta corda? Qui enim dictis rebus externis pietatis simulant, quam intus sint longe alii, non habent unicum cor, quos non immerso Propheta in corde et corde locutos fuisse assertit. Qui distracti curis huius mundi, solliciti de divinitate, de uoluptatibus, de dignitate, non habent unicum cor, sed qued de coniugata dicit Paulus, dimisi sunt a distractis cordis. Coagulo uero timoris domini, per quod peccator reddit ad eum, hi colligentes se in uno. Natura enim metu contractatur animal, et timore domini expelluntur gaudia carnis, ut siue cedat gaudiu[m] spiritus. Huius uero gaudiu[m] cor nostrum capax esse non poterit, nisi fiat unus a multis eius dogmatum, a uarietate cupiditatum, a contentionibus ac dissidij, a distractione curis mundanorum in uno redactum, et in simplicitatem spiritus conglutinatum. Sed et re amariorum lachrimis dignus; Nam omnia dividit et incendiit cupiditas; tyrannis, flama illa nihil non vorans et diuidens. Tenuore existinximus amoris, et timore poshibito corpus Christi velut mortuum fecimus. Nomina fratrum habemus, opera autem hostium. Deflebat olim amaro ait Hieremias Israelicus pri puli capitulitate, et Hieronimus deuastatione ac solitudine, sed longe uberioribus amarioribusque lachrimis dicit de filiis deuiciis Christiani populi captivis, omnium fratrum corruptio, et ecclesia prostratio, de spiritu etic et solitudo.

Fad. m. q; lamentatione dicere possumus; Quo sedet sola civitas, plena populus? Vere sola, vere solez
quia cuius filii sicut nouelle erant oliuarum in circuitu mensæ dñi, & cuius numerosa credentium fo-
bolis à mari vsp ad mare, & à flumine vsp ad terminos orbis terrarū extendebat, iam nunc or-
bata liberis, & in angulo reclusa orbis, despecta, mōrens & sola cōspicitur. Impugnata ab hostibus,
conculta a filiis, spreta a domesticis, derelicta ab amicis, obliterata a senioribus, neglecta a familiarib;
bus, deserta a custodibus, & ab extraneis derisa & in canticū versa. Plena tamen p. solo. Plena qui
dem populo. Sed inani, vallata domesticis, sed vagantibus, circūdata mōnstris, sed fierientibus, auo-
tēa diuīsys, sed spoliata virtutibus, glorioſa ſpeculatoribus, ſed parū vigilantibus, ornata cōremo-
nijs ſed pierat vacuis, ditata opib; ſed non illis ſuffragata, ſep̄ta prohibitionibus, ſed illaqueatio-
ne referti; plena ordinationibus, ſed obſeruatione caritib;. Vbi primea illa cordiū & animorum
vnitas? vbi illi cōmunis vltus fraternitas? vbi illa die noctiū, in diuinis laudibus occupatio? vbi il-
la ſacrārū lectionum deſiderata frequentia? vbi illa orationū invita affidit; vbi in utrue illae exo-
hortationes quibus ſe antiqui patres accēdebant. Horū virtutes & opera in memorie tenaciter com-
mendare oportet Patres, quatenus teſtimonio ipſo Christiane religionis clareſcat veritas & vniuer-
ſalis Eccleſiae mēbra vſtra cura, & ſollicitudine vnta, ab irruentibus calamitatibus poſſint eſſe ſez-
cura. In Apoſtolis quidē & antiquis Patribus velut in nobilioribus mēbris myſtici corporis dñi, &
lucidioribus ſtellis Eccleſiae debetis viſe veſtri exēplum capere, ſpirituſancto, receptaculū parare,
venienteſ ſuſcipere, introeuntē tenere, quia ſine ipſo nihil, & cū ipſo vocationis veſtræ onus facile-
adimpletebitis. quis enim valet per ſeipſum per ſolūre debiti pastoralis officij, niſi per ſpiriū hunc ſit
roboratus atq; directus? Nēpe quum negocīuſ veſtrum humeris etiā angelicis formidabile ceneſatur; ſ
iactare vos oportet veſtris cogitatus in dño, & de eius misericordia, concepta fiducia, orationis ins-
cenſo, & cōpassionis thymiamate, pro Eccleſię reformatione & expiatione delinqüentū, iuge ſacri-
ſciuum ſpiriualū odoramentorum altissimo offerte, vi reddatis vleſcientē ſe iudicem veſtrā interue-
tione placatum. Oēs curas & cogitationes veſtris in hoc conſerte, vt qua in Rep. Christiana cellap-
ſa & cuera ſunt, reſtruātur, vel que adhuc firma ſunt, que ſane quam pauca ſint, perſpicuū eſt,
conſeruentur. Videte q; multa, q; magna, q; grauia, q; diſſicilia ea ſint, que pia doctrina adeo q; totū
Eccleſiae exiū minantur. In hac itaq; ſacroſancta Synodo memētote vos ad Eccleſię reformationē,
cuſtodiā, & pacem congregatoſ eſſe. Studeſ igitur qui propter cōmunem vtilitatem in vnu conueni-
ſiū, de rebus neceſſarijs ſemper habere ſermonē, de Eccleſiae conculatione, protritione & deſpeltio-
ne, de grauifima morū corruptione & vtiōrum voragine, de virtutū ornamentiſ & meriti, quibus
reformentur mores, & poſſimae aboleantur conſuetudines. Sicq; velut iacto, qdify fundamento, ne
adſicū peragendorum ruat, facilius Eccleſie ſe calamitatiſ occurritis. Pnuci eſtili numero, ſed cono-
gregati eſtili primi præſidio, adeo vt ē veſtra ſollicitudine & prouidētia, tota reparatiōnis ſpes pē-
dere ceneſatur. quibus quē admodum adſcribetur diu ſi ſpirata corona reformatiōnis, ita e regione
caueſe, ne pereuntiū de veſtris manib; requiratur ſanguis, ſi tñ in gruentium malerū lues veſtrā de-
fidia increuerit. Deſlete obſecro Patres, itē ſtico deſlete Eccleſię calamitatiſ, pulſate affidue, & cō-
cupiſcite affectuoſe ſpūſancti affiſtentia, nihilq; in vobis tanto hoſpite reſideat indignū, quo offens-
iſ ſuſtinde auertatur. Non tñ poterit non adeſſe, ſi vigilanter, ſi ardenters, ſi concorditer cōuenierit.
Iſ exaudiet & diriget vos, ac in labi; veſtris gratiā ſuam diſfundet, vt nō tam vos, q; ipſe loquatur
in vobis. Sicq; ſanctarū ſcītūrārum eritis imbuī ſcientia, fidei gratia perſuſi, charitatis debriati
dulcedine, promiſſiōnemq; Chriſti allelli magnitudine, efficiemini conſcriptores mundi, teſtes fidei,
precones veritatis; atq; gremiorū adēptione coeleſtium inſuperabiles bellatores.